Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



ille obmutuit. Tunc rex dicit ministris: ligatis manibus
et pedibus eius: mittite eum in tenebras exteriores. ibi
erit fletus et stridor dentium. Multi enim sunt vocati pau
ci vero electi. Dominica xxi. Ad Ephesios.
Fratres: Confortamini in domino: et in potencia virtutis
eius. Induite vos armaturam dei: ut possitis stare ad
sus insidias dyaboli: quoniam non est nobis colluctatio
adversus carnem et sanguinem. sed adversus principes
et potestates. adversus mundi rectores tenebrarum harum.
contra spiritalia nequicie in celestibus. Propterea
accipite armaturam dei: ut possitis resistere in die ma
lo. et in omnibus perfecti stare. State ergo succincti lum
bos vestros in veritate induti lorica iusticie et calciati
pedes in preparacione euglii pacis. in omnibus sumentes
scutum fidei in quo possitis omnia tela nequissimi ig
nita extinguere. Et galeam salutis assumere. et gladi
um spiritus quod est verbum dei. Secundum Johannem.
Illo tempore: Erat quidam regulus cuius filius infirmabatur
capharnaum. Hic cum audisset quia ihesus adveniret a
iudea in galyleam: abiit ad eum et rogavit eum. ut descen
deret et sanaret filium eius. Incipiebat enim mori. Dixit
ergo ihesus ad eum. Nisi signa et prodigia videritis: non
creditis. Dixit ad eum regulus. Domine descende
priusquam moriatur filius meus. Dicit ei ihesus. Vade
filius tuus vivit. Credidit homo sermoni quem dixit ei
ihesus: et ibat. Iam eo descendente servi occurrerunt ei. et
nunciaverunt ei dicentes: quia filius eius vivet. Interro
gabat ergo horam ab eis: in qua melius habuerit. Et
dixerunt ei. Quia heri hora septima: reliquit eum febris.